

Septimo, fol. 7, opera supererogationis non a Spiritu sancto, sed ab otiosis hominibus propter ventrem excogitata sunt.¹⁰¹ Nec valet fundamentum, quod pro eis sumunt ex parabola de semiuiuo relicto, nec valent exempla, quae liber Interim pro confirmandis operibus supererogationis adducit.¹⁰² Primum enim sic dicimus cum scriptura sacra, quod nullum est opus bonum, nec 5 necessarium, nec unquam a Spiritu sancto commendatum, quod non est in lege Dei mandatum. Quicquid enim boni potest homo vel cogitare, loqui vel facere, totum illud in praecepto charitatis includitur. Opera vero indebita et non necessaria superflua sunt et per consequens superstitiosa cum [102:] superstitione nihil aliud sit quam superflua religio. Talia Spiritus sanctus non 10 commendat. Deinde dicimus, quod illa opera, quae commendat Spiritus sanctus in casu et ex circumstantiis, non sunt indebita, nec superflua, qualia sunt apud monachos opera supererogationis, sed sunt necessaria et lege fidei et charitatis commendata. Nec alia iudicari debent nec Spiritum sanctum superstitionis autorem faciamus. 15

Exemplum I: Christus Matth. XIX¹⁰³ nihil minus voluit quam id, quod autor libri Interim stabilire molitur.¹⁰⁴ Vendere enim omnia et dare pauperibus iuxta sensum, quo Christus hoc praecepit, necessarium est in septimo decalogi praecepto,¹⁰⁵ nimirum, ut animus non sit rebus huius mundi sic addictus, quin pro gloria Dei, pro euangelii Christi propagatione proque necessitate 20 proximi libenter eas deferere velit. Hanc perfectionem lex requirit. Non est opus supererogationis, nec perfectio supra vel ultra legem, sed in et sub lege. Lex enim requirit oboedientiam integram et perfectam, etiam hoc nomine, quod nemo debeat animum huius mundi rebus addictum habere. „Diuitiae ubi affluent“¹⁰⁶ etc. Item: „Vbi est thesaurus tuus, ibi est cor tuum.“¹⁰⁷ Porro 25 iuuenis hic fuit iustitia pharisaica praeditus et disciplinam legis tantum non animum et spiritum legis habuit. Voluit igitur Christus ostendere ei [103:] tam suam imperfectionem quam legis impossibilitatem, ut in agnitionem suae imperfectionis primum et deinde ad veram euangelii cognitionem per-

¹⁰¹ Vgl. Augsburger Interim VII, 55. 57; Augsburger Interim (Ulhart), C 2r. Die mittelalterliche Theologie unterschied die Erfüllung der zehn Gebote, zu der jeder Christ verpflichtet war, von den darüber hinausgehenden Werken, den „opera supererogationis“, der Befolgung der „consilia evangelica“, die nur dem Mönchsstand aufgetragen war und ihn damit zu einem „status perfectionis“ qualifizierten. Unter „opera supererogationis“ wurden zumeist die frei gewählte Armut und die Keuschheit verstanden, zu der sich ein Mönch in seiner Profess verpflichten musste. Vgl. Fairy von Lilienfeld, Art. Mönchtum II. 3.3.3.5, in: TRE 23 (1994), 174f. Zur reformatorischen Kritik am faktischen Zustand der Mönchsorden vgl. unsere Ausgabe, Nr. 9: Aepin, Bekenntnis und Erklärung aufs Interim (1548), Anm. 522.

¹⁰² Vgl. Augsburger Interim VII, 55. 57; Augsburger Interim (Ulhart), C 2r.

¹⁰³ Vgl. Mt 19,17.

¹⁰⁴ Vgl. Augsburger Interim VII, 55. 57; Augsburger Interim (Ulhart), C 2r.

¹⁰⁵ Vgl. Ex 20,15; Dtn 5,19.

¹⁰⁶ Vgl. Ps 61,11 [Vulgata].

¹⁰⁷ Mt 6,21.